



emigmate qle in hac unta in dem.

par. sz no potat vhae unim



XXII.

D. O. M. A.

*Collegii Testamentarii Publici*

DISPUTATIO VII.

*De*

**JURE ACCRE-  
SCENDI.**

*Quam in Illustri Salana approbante*

*amplissimâ facultate Juridicâ*

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Consultissimo

Dn. ANDREA GERHARDI

J. U. D.

*In auditorio Ictorum discutiendam proponit*

BERNHARDUS OSWALDUS

Küchorn Spirens.

*Ad diem 24. Septembris.*

J E N Æ,

TYPIS LIPPOLDIANIS.

Anno 1788. Id. CVIII.



Amplissimo & Consultissimo Viro,  
Dn.

THOM. MICHAELIS J. U. D. CAMERÆ  
Imperialis Assessori dignissimo,  
affini suo observandè  
honorando.


Clarissimo ac Consultissimo Viro,  
Dn.

JOANN. REINHARDO Kuehorn J. U. D. CAMERÆ  
Imperialis Advocato Jurato, fra-  
tri charissimo.

*Hasq; dissertationes obser-  
vantia & amoris gratia*

Dedicat, consecratq;

B. O. Kuehorn  
Resp. & Aut.



*[Faint, illegible text at the top edge of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]*



... ..

... ..





DISPUTATIO VII.  
DE JURE ACCRE-  
SCENDI,

*Respondente*

BERNHARDO OSWALDO Kuehorn  
SPIRENS.

THESIS I.

**N**on uni tantum, sed plerunq; &  
duobus pluribusve conjunctim eadem hereditas  
vel legatum relinquitur; Qui si non omnes con-  
currant, juri accrescendi locum faciunt.

Per l. heredes, 63. l. Item quod, 17. §. 1. ff. de hered. Inst. l. re con-  
juncti, de leg. 3. l. 142. de V. S. l. unic. C. de Cad. toll.

2. *Quod à legibus duodecim Tabul. originem trahit.*

Per l. 29. §. 2. de leg. 2. ubi jus antiquum, l. 12. Tab. denotat; ut in l. 1.  
§. 9. ff. ad SCtum Te. tyll. 2. Jus antiquum quod omnibus, exceptis liberis  
per L. Papiam ademptum, l. unic. in pr. C. de cad. toll. Quis non videt l. 12.  
T. illis competiisse? d. l. 1. §. 9. ad SCtum. Tertyll. l. 1. ff. unde liberi, UIp. t. 26.  
3. confirmat hoc l. interdum, §. 1 & seq. de hered. Instit. arg. l. si plurib. ff. de  
suis & legitimis.

3. *Ut potius legis dispositione, quàm judicio testatoris  
nitatur.*

1. Per l. 5. ff. de vulg. & pupill. l. 29. §. ult. de leg. 2. l. 13. §. pater de hered.  
Inst. 2. Non principalitè & immediatè attendenda est mens testatoris,  
sed ipsa legis dispositio, fac. l. 61. §. 1. de leg. 2. 3. Invitis nobis contra vo-  
luntatem testatoris proveniret, l. si quis de hered. Inst. l. unic. §. his ita, C.  
de Cad. toll. 4. Posset etiam tunc dispositio testatoris prohibentis jus  
accresc.

o



accresc. valeret contr. l. si duo de acq. hered. d. l. nemo potest de leg. 1. l. jus nostr. 7. de R. J.

4. *Ne videlicet quis pro parte testatus, pro parte intestatus decedat.*

Ratio inductiva est ipsa unio, l. cum, qui §. fin. de his quæ ut indign. quia una, eademq; hereditas diverso jure censeri nõ debet, arg l. cum ædes, ff. de Usuc. nec jus accrescend. mutat gradum; cum sit eiusdem conditionis cum portione, cui accrescit, Bald. in l. testament. C. de Impub. & aliis 2. Idcirco ad tollendam contrarietatem, quæ esset in testamento, à qua lex abhorret l. 1. C. de furtis, introducta l. 7. de Reg. Jur. 3. Quam rationem Imp. in d. l. un. §. his ita, C. d. c. t. expressè addit; absurdum esse partem unam hereditatis agnoscere, alteram recusare, l. 1. l. si ex asse de acq. hered.

5. *Hoc jus lege Papia Poppæa post sublatum est.*

L. Papia Poppæa lata tempore Augusti Cæsaris. Vel; ut augeatur, repleatur, locupletetur ærarium, quod bella civilia, inter Pompeium & Cæsarem & Pompeium lepidum & Brutum exhausserant Cornel. Tacit. libr. 3. Annal. Justinian. l. 2. de vet. jure enucleand. Vel, ut pœnis incitentur cœlibes, ob incredibilem exhaustum numerum civium, quod nisi intra dies, C. à morte testatoris facerent nuptias, hereditatibus & legatis à fisco privarentur. Tacit. d. loc. Dion. 56. Vel, ut Latini Juniani Jus Quiritium intra C. dies, ex variis modis acquirerent, nisi ipso legato cadere vellent. Ulpian. t. 18.

6. *Id ipsum sublatum restituit Justinianus.*

Legis hujus quædam capita ante Justinianum ab anteriorib. Imp. commendata ac correctæ fuerunt, §. i. v. & quemadmodum, C. d. C. t. Ut in l. 1. C. de infir. pœn. cœlib. Constantinus. Hic verò cum minimè Jurisconsultis arrideret, Interpretationibus suis, quoad fieri poterat, coercebant caduca, §. qui & ipsis. & contra fiscum respondebant, si saltem vel minima dubitandi causa fuerit l. non puto, ff. de Jure fisci. Proinde testatoribus observatio caducorum adeò infesta displicebat, ut eò crebrius substitutionibus, quæ antiquiores erant, quò caduca excludebant, uterentur. Has ob causas Justinianus leges tempore belli latas (secundum Luc. Valer. apud Liv. 34.) restituta Reipub. pace, abrogare & jus antiquum in dignitatem & amplitudinem pristinam collocare voluit, d. l. §. 1. C. de Cad. toll.

7. *Variè autem hoc verbum accrescendi hinc inde usurpatur.*

Aliter & generaliter de omni accessione sumitur in const. Justin. de confirm. digest. Salust. in Cicer. Redde, inquit, rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit. Aliter in princ. Instit. de exhered. liberor. l. maximum vitium de præteritis libr. Theoph. in Inst. dict. loc. Aliter sed propriè ejus nomen descendit à natura paulatim coalentium



tium plantarum & alluvionib. l. r. C. de alluvionib. Quod enim per alluvionem accedit, accrescere dicitur, l. 30. l. 56. de acquir. rer. domin. Comparatur alluvioni in l. si Titio, 33. de usufr. Et ut alluvio tacitum latensque est augmentum, ita hereditas tacite & latenter ipso jure l. 8. de bonor. poss. secund. tab. seu sine novo facto accedit. l. 35. l. 53. §. fin. de acquir. hered. l. sed cum patrono de bon. poss.

8. *Definitio est, quod sit modus acquirendi civilis, quo ex conjunctione duorum, vel plurium, portio portioni, personæ accrescit.*

Per §. fin. Instit. de donat. 2. Melius per actum ipsum acquirendi, quemadmodum etiam donatio, quam per jus, tanquam remotum genus, d. §. fin. 3. Et omnino addendum vocabulum personæ, usufructum enim. Personæ accrescere verbal. clarissima l. 33. §. 1. de usufruct. l. interdum, 10. de usufr. accrescendo, l. 14. §. fin. t. except. rei judicat.

9. *Hinc conjunctio causa efficiens statuitur Juris accrescendi.*

1. Cum Juris accresc. fundamentum sit ipsa conjunctio, l. 1. de usufr. accresc. In hac ut plurimum suas vires exercet, ita ut nullum jus accresc. nisi inter conjunctos consistere dicatur, l. unie. §. ubi autem legatarii, d. l. 1. de usufruct. accresc. l. si ex pluribus de suis & legib. l. & à proculo de leg. 2.  
2. Quippe disjuncta & separata pars jus accrescend. non admittit, cum majorem similitudinem habeat cum suo genere, id est, hæreditate, quam cum alia specie contenta sub hoc genere, leg. si quid earum, §. 1. de leg. 3.  
3. Hinc rectè in l. cum singulis, 11. de usufr. accresc. Ictus respondet, inter separatos jus accresc. non esse.

10. *Conjuncti definiuntur, quando duo pluresve ad idem quid totum, veluti hereditatem, usumfructum, vel speciem certam, judicio testatoris, vel legis vocantur.*

Per l. 80. de leg. 3. l. 9. ff. de suis & leg. l. huiusmodi, 84. §. quibus l. si duob. 16. de leg. 1. l. unie. §. his ita & seq. C. de Cad. toll. Hæc roborata ac suffulta, partim dispositione legis, partim hominis voluntate, tanquam causa suum effectum operatur jus accresc. arg. §. si eadem, de leg.

11. *Coniunctio itaq; duplex; alià legis, alià hominis: Legis est, quando immediatè à lege quidam ad eandem rem consequendam, vocantur.*

Hæc enim duntaxat ex interpretatione legis fit, nullo accedente testatoris facto, §. si plures Instit. de leg. agnat. success. l. si ex plurib. de suis & leg. l. qui ex duab. 53. §. fin. de acquir. hered. Et si verò nulla de hac in ll. expressa fiat mentio, tacite tamen & ex legum sententia quædam est; l. si  
O 2 duob. 12

duob. 12. de bonor. poss. cont. tab. l. 1. §. si quis de conjung. cum emancip.  
lib. Alias distinctiones Dd. etiam docendi causa faciunt.

*12. Puta in successione ab intestato.*

L. 3. §. 3. l. 9. de suis & leg. Auth. cessante, C. de legit. heredib. l. 1. §. 9.  
ad SCtum Tertyllia. At estne legis coniunctio, si in testamento servo com-  
muni, ususfr. relictus sit? Hic variè conciliant, l. 1. §. 2. de usufr. accr. cum l.  
& proculo de leg. 1.

*13. Hominis conjunctio est; quando per suam dispositio-  
nem duos vel plures complectitur, quæ tripliciter considera-  
tur; Quidam re tantum; Quidam verbis; quidam verbis &  
re simul conjunguntur.*

L. triplici de V. S. d. l. re conjunct. gloss. & Dd. l. unic. §. his ita, C.  
de Cad. toll. Ut enim liberum est cuiq; in rebus suis arbitrium, l. dudum,  
de contr. empt. Ita de illis liberè & variis modis disponere licet, arg. l. in  
condit. ff. de condit. & demonstr.

*14. Re conjuncti dicuntur; quibus separatim ab eodem,  
idem simpliciter relinquitur.*

Hoc modo: Titius heres esto, Sempronius heres esto; d. l. triplici  
l. re conj. de leg. 3. l. si conj. eod. §. si ead. l. unic. §. his ita, l. 1. §. interdum, de  
usufr. accresc. Hi tantum re conjuncti dicuntur, quatenus simpliciter, ge-  
nerali illa & communi conjunctione ad eandem rem vocantur §. si eadem  
quod in omnibus conjunctionibus evenit, l. Julian. de hered. Instit.

*15. Tales in usu juris, comparatione cum aliis facta disjun-  
ctorum nomen merentur.*

1. Per l. planè, 34. in pr. de leg. 1. §. si eadem de leg. etiam separati di-  
cuntur, l. 1. §. interdum de usufr. accresc. 2. Quoniam non tam ex re, quæ  
per verba testatoris demonstratur, quam ex ipsis verbis dignoscitur con-  
junctio, l. unic. §. hoc ita versic. quia sermo. 3. Res enim propriè non  
conjungit nisi rem tantum arg. l. planè, §. fin. de leg. 1. verba verò & rem  
& personas conjungunt, arg. l. Mulier & Titio, de condit. & demonstr.

*16. Vocantur autem discreta ac separata oratione.*

In his, quoad verba testatoris est expressa disiunctio, tum quod di-  
versis orationibus conjungantur, d. l. re conjuncti; tum quod prima facie  
solidum fundum singulis reliquerit, d. l. unic. §. hoc ita d. C. T. Sed tamen  
est conjunctio realis omnimoda, quoad interpretationem legis, 1. Soli-  
dum enim interpretatur lex, ut concursu patres faciant, 2. ne alter fun-  
dum, alter æstimationem habeat. l. Si plurib. l. planè, ff. de leg. 1.

*17. Licet utraq; oratio non omninò perfecta sit.*

Ut si ita legetur; Titio fundum & eundem fundum sempronio lego.  
Realis

Realis est licet imperfecta. 1. Hic enim separatim bis est expressum, unde tollitur verbalis l. triplici vers. Lucius Titius de V. S. 2. Verbum lego tacite subintelligitur, ne error in Grammatica fiat contra l. Plaut. de aur. & arg. legat. 3. In l. Mævio verbum dimidiam bis ponitur, quo tollitur mixta l. si duob. §. fin. cum gl. de leg. 1. & illa aliàs ibi præferretur l. re conj. ff. de leg. 3.

18. *Quid si ita lego? Quod Caio legavi, Seio lego. Nulla erit realis conjunctio.*

1. Sunt hæc usitata verba in ademptione legatorum l. sicut de adim. leg. §. transferri Inst. cod. 2. Fac. æquiparatio ademptionis & translationis in d. l. sicut. 3. Priora verba aliàs nihil operarentur contra l. si quando, C. de inoffic. testam.

19. *Sin verò hoc modo; In qua parte filium institui, in eadem Seium instituo.*

1. Hic verò ambos vult esse heredes per leg. Julianus de hered. Instit. 2. Facit ipse testator, ut concurrat in partem unam. 3. Partes assignat eis, dum dicit; (ex qua parte) in hisce, hos duos coniungit, ut uterq; heres sit, sed in unam rem concurrant.

20. *Præterea, si eadem res pluribus non simpliciter, sed hoc adjecto, ut quilibet habeat rem, in solidum relinquatur, nulla erit conjunctio.*

1. Quia quando duobus in solidum res datur, alter æstimationem consequitur, l. si pluribus, de leg. 1. quæ diversa ab ipsa re, l. si mihi in fin. eodem tit. 2. Aded ut alter rem alter æstimationem habeat, quæ nullam conjunctionem inducunt l. re conj. 3. Sic inter hos collegatarios jus accresc. vel non decrescendi esse nequit; quia sive ambo concurrant, quilibet totum legatum suum habet, sive alter repudiat, alter agnoscat, tunc agnoscentis legatum non duplicatur.

21. *Verbis dicuntur conjuncti, qui quidem eadem seu conjunctiva oratione ad eandem rem, sed expressis & discretis partibus individuis invitantur.*

Per l. huiusmodi, §. quibus de leg. 1. l. re conj. de leg. 3. Ut fundum Tusculanum Titio & Mævio æquis partibus do, lego.

22. *In diversis orationibus, copula non inducit conjunctionem verbalem.*

1. Particula copulativa inter diversas posita orationes non inducit verbalem, conjun. l. §. 6. Livius de l. 2. l. sicut §. 1. quibus mod. usufr. amitt. 2. Tanta enim vis & virtus copulæ non est, sed unitatis sermonis testatoris complectentis non tantum orationum verum etiam nominum conjunctionem.

junctionem, d. l. triplici, l. 1. vers. duplex, de vulg. §. Sin autem ex his vers. hoc  
ita, C. de cad. toll. 3. Et si duæ orationes solutæ positæ, quibus punctus,  
qui tacitam vim copulæ habet, interponitur, verbalem non efficiunt, §. si  
eadem versic. si. Nec minus igitur expressa copula, cum expressio eorum,  
quæ tacitè insunt nihil operetur, l. 3. de leg. 1.

*23. Ut autem hæc coniunctio commodè fiat, requiruntur  
particula idonea, tam disiunctiva quàm aduersativa.*

Interdum particula, Aut, testator usus pro Et disiunctiva pro con-  
iunctiva accepta, l. sæpè, §. 3. de V. S. l. cum quidam, C. eod. Interdum per æ-  
quipollentia verba, Cum què, atq; , quæ idem significant quod Et; nam  
in hisce in modo coniungendi nulla est differentia, dict. l. triplicis l. Titia  
Textores, §. 2. de leg. 1. l. si quis, 20 ff. de usufr. Licet in aliquibus differant,  
modo in verbali coniunctione inducenda convenient.

Interdum secundum varia genera coniunctorum; Aduersativæ au-  
tem, verò in eadem oratione positæ coniunctionem verbalem efficiunt,  
cum coniunctio alia pro alia poni potest, ubi opus est. l. eas causas de con-  
dit. & demonstr. Interdum etiam per discretivas, ut non solum, &c.

*24. Item nomina collectiva.*

Quæ sunt in singulari numero plura significantia, ut populus, l. pro-  
ponebatur de Jud. l. 1. de probat l. mortuo de fideiuss. Appellativa in plu-  
rali numero Castrens l. fin. C. de Impub. & aliis. Dictio omnis in plurali  
numero, &c. l. non distinguimus, §. cum in plures de arbitr. recept. Hæc  
verò omnibus collectivè rem attribuunt, ut omnes qui continentur sub  
tali nomine verbis coniuncti sint, l. Interdum, pr. de hered. Inst.

*25. Postremò Re & verbis coniuncti dicuntur, qui eadem  
oratione simul ad eandem rem vocantur partibus nullis ex-  
pressis.*

Seu ut Paulus definit, quos nominum & rei complexus jungit, veluti  
Titius & Mævius heredes sunt, d. l. triplici d. l. re couiun. Quidam hanc  
coniunctionem à verbali nihil distare contendunt, ac si partes ab initio  
fierent, nec aliter, quam si diceretur legatum æquis portionibus, l. planè, §.  
si coniunctim, l. legata inutiliter, §. fin. de leg. 1. Sed hiscè resistit, d. l. tri-  
plici, in qua tres coniunctionis species designantur, ii qui re & verbis con-  
iuncti à reliquis separantur.

*26. Differunt à verbis tantùm coniunctis.*

Arg. l. triplici & V. S. l. re coniuncti de leg. 3. 2. qui verbis coniun-  
cti sunt iis partes expressis verbis assignatæ reperiuntur: Qui verò re & ver-  
bis, iis partes ex coniunctione personarum assignatæ intelliguntur, l. 56. de  
condit. & demonstr. Inde q; partes ubiq; sunt in coniunctione tamen ver-  
bali certiores.

*27. Pluri-*

27. *Plurimum verò à re coniunctis.*

Quamvis in reali coniunctione æquè partes sint præsumtæ, tamen diverso modo. Nam in reali partes præsumtæ, intelligantur sub hac conditione, si modo concurrant, alioquin, quia testator unicuiq; prima facie solidum assignavit. Etiam citra jus accrescendi uni erit solidum persolvendum, d. l. unic. §. 11. vers. his ita, C. d. t. In mixtim verò coniunctis non respectu concursus, sed ipsius conjunctivæ orationis ratione partes insunt. Non autem ut concursus illic: ita hic conjunctio partes ex tacita Testatoris voluntate suspendere potest. Cum conjunctio ab initio testamenti perfecti existit: concursus non nisi in eius executione. Præterea in reali testator omnibus prima facie solidum assignare videtur, ita ut ex concursu prioris legatum minuatur, §. ubi autem vers. sin autem vers. sin verò non omnes. In conjunctis autem neutrius legatum concursu minuitur, cum primò quilibet suam partem habuerit, sed defectu augetur, dict. §. 11.

28. *Indeq; partes ab initio habere verius est.*

1. Quia vi orationis conjunctivæ personas coniungentis partes habent, l. 56. de condit. & demonstr. l. legata, §. fin. de leg. 1. l. 164. §. 1. de V. S. l. reos, §. cum in tabulas, ff. de duobus reis. 2. Hinc singulis pro virili datur actio, ut ad leg. 85. de leg. 1. notat Gothofred. & l. 9. leg. 33. §. 9. l. 79. de l. r. l. 88. §. 6. de leg. 2. l. 80. de l. 3. §. 8. Instit. de leg. l. 56. de V. S. 3. Per l. planè, §. si conjunctim, d. leg. 1. 4. Quia magis accedunt ad naturam conjunctorum verbis conjuncti, quam re, unde semper conjuncti, nunquam disuncti nominantur. 5. Per l. un. C. de cad. toll. ubi conjunctis portio deficiens accrescit volentibus tantum cum onere. Quæ ratio? nisi quod partes ab initio habeant ex verbis testatoris. Hinc enim fit, ut si unus deficit, huius portio sic deferatur alteri, ut deferatur ei ex deficientis persona, non sua. Indeque & deficientis jure quoad commoda & incommoda: secus in disunctis, quorum singuli verbis testatoris solidam rem sibi legatam habent, & habent ex sua ipsorum persona.

29. *Ex præfatis, priusq; iter longius emetiendum notabiliter quadam elici possunt. In uno & eodem non diversis testamentis coniunctionem consistere debere.*

Ab uno enim testatore in diversis testamentis heres scribi non potest, l. sancimus, ubi Dd. C. de testam. Cum testamenta complectantur hereditates, quæ sunt dominium & jus defuncti universum, ideoque diversimodè deferri nequeat. Etsi testator in illis cavisset, ambo debere valere, §. Inst. quib. mod. testament. vi tamen fideicommissi, cuius naturam prius adsciscit, l. 8. de Jure codicill. l. ult. C. de Codicill. tanquam ex diverso jure succedendi, cōiunctio non valeret. Idem sanè si eadem res à diversis testatoribus legata fuerit, non enim ex diversis testamentis jus coniunctionis contingit,

contingit, l. si sub condit. ff. quib. mod. usufruct. amitt. Excipiuntur quædam, ut patris & filii testamenta, quæ non sunt diversa, sed pro uno & eod. habentur, l. coheredi, §. coheres de vulg. & pupill. l. patris & filii cod. & similia l. planè, §. si coniunctim.

30. *Nec inter diverso iure succedentes.*

1. Quando quidam ex jure prætorio, quidam jure civili, l. si ponas §. fin. de inoffic. testam, quidam ab intestato, quidam ex testamento succedunt, l. 3. §. fin. cum seq. de bonor. possess. nulla erit coniunctio, l. 6. d. tit. l. si ve §. ex duob. de Jure patronatus, iuncta dict. l. l. nec ipsa, ff. de coll. dot.  
2. Cum diversam naturam invicem habeant, coniunctio verò eiusdem naturæ ac formæ esse debeat. 3. L. si Titio de usufruct. accresc. Duplici etiam jure portio illa deberetur, cum acquisitiones diversæ censerentur.

31. *In unam & eandem rem illos vocatos esse oportet.*

1. Per l. triplici, l. re coniuncti, de leg. 3. l. 8. cod. §. si eadem Inst. de leg.  
2. Nulla enim coniunctio ubi non ad eandem & unam rem, sed diversas vocantur, l. 1. §. cæteri, §. ultim. de usufruct. accrescen. Quod in legatis extra dubium, l. huiusmodi, §. quibus de leg. 1. In Institutione verò licet heredes interdum ad res diversas vocari videantur, l. heredes, l. liber homo, §. cum quis de hered. Instit. nunquam tamen accidit, ut coheredes coniuncti non sint, l. unic. §. his ita de Cad. toll. cum ambo in universum succedant, & partes intellectu divisæ, non verò corpore sint. l. Mævius, l. 63 de hered. Inst. l. si duob. de leg. 1.

32. *Hinc queritur; si Titio fundum, sempronio usumfructum quis legaverit, an coniungantur?*

Hic Titius propter plenam proprietatem fundi, cuius consequens & accessorium est ususfr. Coniunctus cum sempronio in usufr. pro indiviso invenitur, l. idem Nerarius §. non solum de usufruct. accresc. l. rectè dicimus, de V. S. l. si alii de usufruct. legat. Licet verò Titii usufruct. qui cum Juris sit, fundi pars dici nequeat, ut in eandem rem cum sempronio coniunctus non videatur. Attamen quia emolumentum, i. e. dominii, quo fundus obtinetur, pars est, & fundus dari non intelligitur, si ususfr. detrahatur: Idcirco instar partis rectè obtineri dicitur, l. Mævius §. pen l. cum filius, §. dominus de leg. 2. l. qui ususfr. de V. O. l. 70. de fideiuss.

33. *Pone ergò, tibi proprietatem fundi legatam mihi autem & Mævio & tibi usumfructum: habemus ego & Mævius trientem in usufr. & unus triens proprietati miscbitur.*

L. si tibi cum seq. de usufr. accresc. Quia proprietas tibi legata censetur, deducto usufr. At quid si tibi fundus legatus, mihi & Mævio usufructus? te cum proprietate ex fundo legato primum trientem usufructus habere, & postea ex usufr. coniunctim tibi cum nobis legato, alium trientem, secundum, l. idem Ner. §. fin. à quibusdam traditur,

34. *Præ-*

34 *Præterea si uni species, alteri genus legetur, coniunctio cessat.*

Quando testator generali sermone in re leganda usus fuerit, non poterit eos complecti voluisse, quos antea specialiter exemerat: tum quod legatum speciale deroget generali, l. 41. §. felicissimo de leg. 3. l. servis urbanis 99. §. ult. eod. tum quod hic non species pro indiviso, quæ ex tacita voluntate testatoris venirent, dicantur, sed diversæ ac certæ, quæ quia remotæ à genere, divisæ intelligentur. Et licet genus omnes species, quæ sub eo comprehenduntur, includat. Attamen adempta una ex hiscè & specialiter alteri data, rem diversam constituit.

35. *Si verò uni totum, alteri pars quotativa legetur, cum distinctione coniunctio recepta & inducta est.*

Distinguendum enim, An primo partem, secundo totum quis legaverit, tunc nulla erit coniunctio; cum sit contra naturam, ut de parte totum eximi possit, nec testator præsumatur velle, ut id quod plus est, deducatur de eo, quod minus est, l. Cum quæstio, C. de leg. Sed potius eum addu pondium transire voluisse. Sin verò primo totum, secundo partem, coniunctio consistit, cum pars de toto legato prius adimi possit; ita ut legatum in toto maneat perfectum, quoniam apud ipsum tota substantia rerum remanet, licet cum diminutione partis, in qua postea sit concursus.

36. *Porro pars hereditatis reivè legata ita demum accrescit, si deficiens est.*

Non sufficit partes adesse, sed requiritur ut sint vacantes, l. 1. §. fin. de usufr. accresc. l. aquam in fin. ff. Quemadmodum servit. amitt. Vacantem autem seu deficientem intelligimus, quoquo modo deficiat, sine quia pudiarunt, sive mortui, sive alia ratione impediti, l. si ex pluribus, 9. de suis & legitimis, l. unic. C. de Cad. toll. Nec reperitur quicquam, in d. constit. l. unic. exceptum præter ea, quæ ut indignis auferuntur, d. l. unic. §. quæ autem 12. C. de Cad. toll. ex qua l. interpretatio, §. si eadem Instit. de leg. desumenda.

37. *Nec refert quomodo portio deficiat ipso jure an ope exceptionis.*

Quando quis incapax existit ex eo, quod coheres eum per exceptionem repellere potest, nec velit illum capere portionem suam, æquè jus accrescendi locum habebit, ac si ipso jure deficeret. Quoquo enim modo pars deficiat exceptis iis, quæ ut indignis auferuntur, & fisco applicantur, ea semper juri accrescendi subiicitur, d. l. unic. §. quæ autem, 12. de Caduc. toll. Ad eò ut nihil intersit secundam Juris regulam ipso jure an ope exceptionis aliquid non competat, l. nihil 112. de Reg. Jur. l. unum ex familia §. sed si duo de leg. 2.

P

38. Sed

*38. Sed num deficientem portionem & eam appellabimus,  
qua semel acquisita iterum amissa? Negatur.*

Si quis rem sibi adquisitam postea habere noluerit, aut amiserit, ea non accrescit coniuncto, sed plerunq; tanquam derelicta occupanti conceditur, text. l. i. §. interdum de usufr. accresc. Sic enim & hereditate adita substitutio expirat, l. post aditam, C. de Impub. Cui jus accresc. simile est, l. si Titio 61. §. i. de leg. 2. 2. Qui semel adivit, non potest repudiare, l. ficut maior, C. de repud. hered. & qui per contractum aditionis obligatus est, §. ut heres Instit. de oblig. quæ ex quasi contr. non possit se invito creditore liberare ab illa obligatione contr. l. ab initio, C. de act. & oblig. Non igitur jus accrescendi post quæ sitam portionem locum habebit, leg. aquam, §. fin. quemadmodum servit. l. i. §. interdum de usufr. accrescend. Cum etiam nitatur præsumpta voluntate testatoris, l. si Titio & Mævio, §. Juliani de leg. 2. quæ præsumitur esse, ut heredes primo nominati, non excludantur ab eo relicto, quod primus ille nominatus semel acquisivit arg. l. cum avus de cond. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. l. si ita fuerit §. in fideicommiss. de leg. 3.

*39. Ususfructus etiam constitutus & postea amissus, nihilominus jus accrescendi admittit.*

Ususfructus nunquam dici potest omnino acquisitus (quemadmodum proprietas, quæ semel legata est, scilicet ex eo tempore, quo vindicatur & statim acquisitio consummata dicitur, l. traditionib. C. de pact.) Nec eius acquisitio dici poterit perfecta & plena; cum secundum Celsum & Julianum, quotidie constitui ac legari dicatur; ita ut quot dies sint, tot sint etiam acquisitiones ususfructus, & propter factum utentis & fruents, quovis die quis dicatur uti & frui posse, l. i. §. interdum de usufr. accrescend. l. i. pr. & §. i. ff. Quando dies usufr. leg. ced.

*40. Nisi suus, qui heres extitit, ab hereditate abstinuerit, vel minor extraneus contra hereditatis aditionem restitutus fuerit.*

Suus enim licet heres ipso jure existat, jure tamen prætorio deficere intelligitur, cum se abstinet l. necessarius, l. pro herede, de acquir. hered. Idem tribuitur heredi extraneo minori, qui adeundo quidem heres extitit, sed beneficio ætatis in integrum restitutus, ut sibi abstinere liceret, l. si minor 61. de acquir. hered. l. necessarii, 57. cod. l. 44. de Re judicata, l. i. C. Si minor, ab hered. abstinuerit. Restitutio enim reponit omnia in pristinum statum l. quod si minor, §. restitutio, de minorib.

*41. Idem in assignatione libertorum, donationibus principum, & similibus.*

Per l. 5. ff. de assign. libert. Cum jus patronatus sit jus individuum,  
neque



neq; adhæreat portioni, meritò non curatur, an ante vel post acquisitionem deficiat. Sic in donationibus principis, quæ latissimè sunt interpretanda, l. fin. cum similibus de Constit. Princip. 2. Per l. unic. C. si liberal. Imp. soc.

42. *Insuper tunc demum ex coniunctione accrescendi jus introducitur, si altera portio erit agnita.*

L. qui ex duabus, §. 1. de acquir. heredit. l. 3. & seqq. de bon. possess. l. unic. §. Sin verò §. ubi autem, Cod. de Caduc. tollend. l. si ex pluribus, de suis & legitimis heredit. Cum enim coniuncta species jam adita, majorem habeat contiguitatem & vicinitatem cum specie vacante, portio illa deficiens potius coniunctæ, quam disparatæ accedet, arg. l. si Titio, de usufr. accresc.

43. *Agnitam autem intelligimus cum effectu, ut scilicet non simpliciter sint legatarij vel heredes, sed apud eos etiam alia sit portio cui defecta ad jungatur.*

Arg. l. 83. de acquir. hered. ibi quia rem non habet. Portio enim portioni accrescit, veluti alluvio. l. 33. de usufruct. Excipitur usufructus, qui personæ aliquot ll. capitibus accrescere dicitur, l. 33. de usufr. Inde q; etiam non habent partem, sed amittenti accrescit l. 1. §. interdum de usufruct. accresc. Ratio ex Celso desumenda, l. 1. §. interdum, ff. cod. quod sc. usuf. quotidie constituatur & legetur.

44. *Inde q; non ad heredem, qui totam hereditatem restituere iussus, eam restituit, sed ad fidei commissarium accrescendi jus pertinet.*

Per l. Papinianus, 43. l. antepen. 79. de S. C. Trebell. l. si tota 83. de acquir. hered. Ubi additur ratio, quia rem non videtur habere, portionem enim portioni accrescere dictum supr. Efficitur hoc S. C. Trebellian. ut scilicet heredes restituta hereditate, perindè habeantur, quasi heredes non essent, l. 1. ff. ad S. C. Trebellian. l. qui liberis §. ult. de vulg. & pupill. l. si ego de acquir. hered. l. Papinianus de S. C. Trebell. Si autem heredis loco habeantur, quibus ex fideicommissio restituta hereditas l. postulante 44 §. ult. ad S. C. Trebell.

45. *Vt et ad omnes qui licet coheredes non sint, effectu tamen ipso in ea hereditate ex aliqua parte heredes existunt.*

Interdum illis, qui mediatè per primum heredem adeuntem heredes facti, competit; quando videlicet suam partem agnovit Primus heres, nondum verò deficientibus portionibus coheredum, post decessit, huius heredes sanè etiam ad coheredum deficientium portiones

admittentur, l. si ex pluribus de suis & legitimis. Licet verò non directò  
harum deficientium portionum capaces fuerint, ob conjunctionem ea-  
rum personarum, quas ex industria testator conjunxit; tamen transmissio-  
ne quæsitæ portionis decessoris sui heredes dici poterunt, l. ult. C. de he-  
red. Instit. l. 3. ff. de pet. hered. & sic jure portionis quæsitæ accrescendi ju-  
re, quod portionem sequitur, gaudent. Quod de herede heredis diximus  
idem de patre & filio dicendum, l. qui liberis, §. ult. de vulg. & pupill. l. si ego  
de acquir. hered. Eodemq; loco sunt bonorum possessores, qui vice here-  
dum habentur, l. 3. §. ult. de bonor. poss.

46. *Et proinde ad emptorem hereditatis transit.*

1. L. 2. pr. §. 9. de hered. vel act. vend. 2. Hereditas namq; est jus un-  
iversum, l. 119. de R. J. l. 35. de pet. hered. & hereditate vendita, semper  
illud jus venditum intelligitur, quod penes heredem futurum esset, si ea  
vendita non fuisset d. l. 2. prin. 3. Hinc illi effectus, quod non minus debi-  
tores hereditarios convenire, & à creditoribus hereditariis conveniri pos-  
sit, in quam rem quò magis utriq; consulatur, interponendæ sunt stipula-  
tiones venditæ & emptæ hereditatis, l. 2. C. de hered. vel vend. act. 4. Pro-  
bat hoc Ulpiani ratio in l. 83. de acquir. hered. ibi, quia rem non habent.  
probat l. si Titio 33. de usufruct. ubi portio portioni accrescit, Idcirco non  
venditori, sed emptori. Et si veluti alluvio, utriq; ei qui veram fundi por-  
tionem, non verò ei, qui fictione & juris interpretatione rem, i. e. precium  
habere intelligitur.

47. *Nunc dicendum, an etiam invito vel volenti, an cum  
onere vel sine onere portio accrescat?*

Res distinctione expedienda: In hereditatibus enim invito portio-  
nem accrescere vacantem, juris ostendit regula, l. qui ex duab. 53. §. 1. l. 3. 8.  
l. 59. l. quæ neptis de acquir. hered. l. quidam de Jure deliber. l. unic. §. 10.  
C. de Cad. toll. ubi ratio, nemo pro parte intestatus decedere potest, l. 7. de  
Reg. Jur. Additur ibidem, & alia, omni successioni, etiam legitimæ, con-  
veniens; Absurdum est, inquit Imper. eisdem hereditatis partem agno-  
scere, partem respuere, indeq; nihil refert, hereditas lege tantum an testa-  
mento deferatur, l. 53. de acquir. hered. Et semper pars vacans necessariò,  
tanquam alluvio quædam sequitur hinc partem occupatam, propter vo-  
luntatem partim legis, partim hominis, quæ vult, ut totum, scilicet he-  
reditas non disiungatur per heredem, qui representat personam defuncti,  
l. hæres de usucap. Cuius voluntas est individua, l. 4. de leg. 2. l. cui fundus  
de condit. & demonst. Quod tamen intra quosdam Cancellos, ob brevita-  
tis studium omisso, in heredibus coarctatur.

48. *Secus in legatarijs, quibus si eadem res disiunctim le-  
gata sit, portio deficiens ipsis invito accrescit: volentib. tan-  
tum si conjunctim.*

Si un

Si uni legatario tota res legata erit, ob voluntatem testatoris indi-  
viduam l. 4. l. 60. l. 58. de leg. 2. non poterit legatarius partem retinere,  
partem repudiare, l. 38. de leg. 1. Ergo neque eo casu si disiunctim duobus  
legata est; Ratio, Nam & tunc cuilibet res ab initio in solidum legata, de-  
ficienteq; collegatario, apud alterum manet tota jure potius non decre-  
scendi, & ex persona propria, perinde ac si ei soli legata esset ab initio. Sin  
verò pluribus idem coniunctim relictum sit, tunc non nisi volenti accre-  
scit §. ubi autem. Ratio, quod quibus coniunctim legatum, illi ab initio  
partes habent, l. 34. §. Si coniunctim de leg. 1. Et vacans portio ex defi-  
cientis persona defertur. Illa autem persona suam partem repudiare po-  
terat d. vers. cum verò quidam. E. eodem jure ubi debet, qui in eius locum  
succedit, l. qui in jus de Reg. jur

49. *Sub eadem distinctione res cum onere vel sine onere  
accrescit collegatarijs. sine onere, si disiunctim legatum: si con-  
iunctim cum onere.*

Text. in l. unic. §. Sin verò, C. de Cad. toll. Ratio, illi qui sc. re tan-  
tum coniuncti sunt, solidum habent ab initio, & altero non concurrente,  
non alienum consequuntur, sed suum imminutum retinent, & conse-  
quenter portio sine onere accrescere debet. §. Sin autem ad deficient. Qui-  
bus conjunctim legatum est (verbis tamen & re & verbis conjunctio intel-  
ligitur. Nam hos in dict. l. unic. conjunctorum appellatione venire certo  
certius est) partes habent ab initio, & conjunctus partem deficientem, ex  
persona deficientis non sua capit, indeq; in jus ejus succedens, eodem jure  
uti debet, ut ad repudiandum, sicut sup. dixim. sic & ad onus illi injunctum  
subeundum arg. l. qui in jus de Reg. Jur. Siquidem hoc est eodem jure uri,  
cum in commoda, & incommoda seu onera succeditur, §. ult. Instit. de lo-  
cat. & conduct. additur à quibusdam & alia ratio, tum verbis, tum mixtim  
coniunctis, conveniens: quod scilicet copula, Et, respiciat onus imposi-  
tum, uni in persona alterius & operetur id, ut videatur testator hoc idem  
repetere in uno, quod in altero ordinatum est; scilicet invicem substituendo  
in parte deficiente cum lucro & damno, §. fin. autem deficientis, C. de  
Cad. toll.

50. *Excipe tamen si legata sint talia, quæ pro non scriptis  
habentur.*

Ex d. l. unic. §. in primo, §. ne autem, C. de Cad. tollen. Ut enim &  
persona illius capi nihil potest, in cuius persona legatum nunquam consti-  
tit, cum nullius entis, & nullæ qualitates, l. eius, qui in provinc. si certum  
perat: l. si servum, ff. de act. empt. sic nec onus fundamentum vel radicem  
habet, in quo possit fundari, hinc ergò rectè annullari, argument. leg. 2.  
de heredit. Instit. l. nam & sub condit. versic. post defect. ff. de injusto  
rupt. l. illa stipul. de V. O. l. cum principalis de R. J.

51. *Here-*

*§1 Hereditas vero indistincte accrescit cum onere, etiam si pro non scripta sit.*

Quoniam onus videtur potius sustineri & apponi in hereditate tanquam jure universali, quam in persona, ut cum hereditate ad heredes perveniat. Sic in hereditate quæ pro non scripta est, gravamen illud jubetur per hereditatem habere personam repræsentatam. l. novatio, ff. de novationibus, l. heres quancumque de acquirend. hered. l. Si ex re de stipulat. verborum, l. omnis hered. l. omnia ferè de Reg. Jur. Quod secus in legatis, ubi nulla persona, in qua fundetur? Quod sufficienter innuere videtur Imper. in §. his ita, C. de Cad. toll. 2. Generaliter de omnibus heredibus loquitur. 3. Tandem in fin. ait. Hæc tanrummodo in heredib. intelligenda. E. secus in legatis.

*§2. Atq; sic ex conjunctione, quam ll. agnoscunt triplicem, introducit accresc. justamq; eius effectus: Quod licet de verbali quidam negare velint, nobis tamen contraria stat sententia.*

Justinianus enim in l. unic. §. his ita 10. §. ubi autem C. de Caduc. tollend. aperte disponit; Quod in qualibet conjunctione jus accrescend. sibi locum vindicet, exceptis tantum iis, quæ ut indignis auferuntur, §. 12. eodem. Coniuncti autem non sunt tantum illi, qui re & verbis simul, sed etiam verbis tamen coniuncti sunt, leg. 142. de V. S. Si eadem, de legat. 2. Ita ut ibi generaliter dicta, generaliter sint intelligenda. 3. Idcirco addit, coniunctos propter sermonis unitatem, quasi in unum corpus redactos esse, §. sin autem. 4. Ut hinc absonum Juri deprehenderetur, si in dict. l. unic. conjunctionis verbalis mentionem non fecisset, vel jus antiquum æquè in ea non abrogasset. 5. Cum tamen eadem ratio, quæ ob identitatem re & verbis conjunctionum in hoc §. datur, hic militet. 6. Et satis manifesta est, l. re coniun. 89. de leg. 3. quæ hoc quærit, num verbis coniunctus potior sit re coniuncto. Necesse ergo ut sit & inter eos jus accrescendi; Nam aliàs frustra quævisisset de prælatione, si accrescendi jus ad eum neutiquam pertineret. Et sunt insuper verba finalia satis manifesta, quod præferri debeant, ut infr. dicitur.

*§3. Licet vero ab initio partes habeant, non tamen pro diviso sed indiviso habent; ita ut in eandem rem vocentur.*

1. Partes quidem ab initio, sed indivisas in toto habent, quibus etiam ad eandem rem vocantur, argument. l. Idem Nerat. de usufruct. accrescend. leg. 7. de rebus dub. l. 84. §. 12. de legat. 1. Et partes videntur ex conceptione testatoris, totum verò magis ex voluntate, argument. l. 6. junct. l. 7. de rebus dub. 3. Et expressè probat l. 16. §. fin. de leg. 1. ubi di-

ubi divisio testatoris ad partes indivisas non efficit, quò minus verbis  
coniuncti ad eandem rem vocati sint, & proinde accrescendi jus locum  
habeat. Cum itaque saltem formula & conceptione verborum à reliquis  
differant, dict. leg. 16. §. fin. in re verò utrobique eadem sit ratio; ita ut  
copulativè ad eandem rem vocentur. 4. Et propter unitatem sermonis  
in unum corpus redacti censeantur, §. his ita de Cad. toll. meritò in illis jus  
accrescend. dabimus.

*§4. Et ne quidem usumfructum exipiendum putamus.*

Multas differentias inter proprietatem & usumfructum profe-  
runt Interpretes, è quibus & illam huic thesi adversantem dicunt; U-  
namquamque partem adhærere personæ, cui ascripta est à testatore, &  
proinde deficiente persona finire, & ad proprietatem redire, §. fin. Instit.  
de usufruct. l. 3. §. 1. in fin. eodem. Verum nec differentia, nec ratio dif-  
ferentiæ procedit: Pars enim adscripta est personæ separata, ut in leg. 1.  
eodem (quæ per se totum efficiat, & deficiente collegatario non va-  
cet, leg. sicut certo §. si duob. ff. commodati, sed ad proprietatem re-  
vertatur leg. 3. §. 1. eodem) sed indivisa, cuius facultas fruendi ex mente  
testatoris ad unumquemque in solidum pertinebat, §. Si vero non omnes  
Cod. de Caduc. tollend. ita ut alterutro non concurrente, alter totum  
accrescendi jure occupet. Quod verissimè apparet in mixtim coniu-  
ctis, ubi etiam pars agnita postmodum deficiens, coniuncto accre-  
scit, & non ad proprietatem revertitur, l. 1. §. 3. leg. 10. eodem. Et gene-  
raliter Ulpianus in leg. 1. de usufruct. accrescend. Quoties, inquit, usus-  
fructus legatus est, sita inter fructuarios est jus accrescend. si coniunctim  
sit usufructus relictus dict. l. 1. Coniunctim autem etiam per verbalem  
coniunctionem, leg. 142. d. V. S. E. Quod verò additur ibidem, si vero  
separatim unicuique partis rei usufructus relictus sit, cessat jus accresc.  
hoc non de verbis coniunctis, quibus partes non separatim, sed con-  
iunctim relinquuntur, nec de re coniunctis propter leg. 41. de legat. 2.  
nec de mixta ob duplicem coniunctionem sumi poterit. Neque enim re-  
ferre, dicit idem Ulpian. coniunctim an separatim relinquatur, §. 3. eius-  
dem l. 1. Sed de omnino disiunctis, qui ad diversas & certas partes separa-  
tim vocantur. Inter hos tam in usufruct. quam in proprietate cessat  
jus accresc. l. huiusmodi 84. §. quib. de leg. 1. vel explica hoc ex l. pen. eod.  
tit. de usufr. accresc.

*§5. In reali conjunctione jus quod versatur accrescendi,  
non absurde jus non decrescendi nominari potest.*

Equidem incognita veteribus Jurisconsultis hæc distinctio fuit, ut  
etiam nullibi in ll. fforum. illius mentio facta fuerit; à posterioribus ta-  
men inventibus magis expressionem verborum l. unic. §. 11. versic. si verò  
nemo, C. de Cad. toll. Promiscuè uti cœpta ac recepta est, propterea quòd  
in hac conjunctione finis & effectus deficere videatur, qui est augere rem  
legatam per partem accidentem, §. 11. vers. ubi autem. At hic per alterius  
defectum.

defectum legatum non videtur augeri, l. §. xi. vers. Sin verò vel quid aliud accrescendi jure acquiritur, cum ab initio res, in solidum relicta sit l. 80. de leg. 3. l. i. in pr. de usufr. accresc. §. xi. vers. sin verò. Indeque potius non decrescere, quam accrescere dicitur portio, quam collegatarius concursu auferre potuit & omisit. Quod tamen de mixtim coniunctis dicendum neutiquam est, cum hi partes habeant ab initio, ut supra dictum.

56. *Et quidem si coniuncti sunt unius generis omnes Jure accrescendi uti posse certum est. Quid autem si coniuncti disjunctis permixti sint? præfertur omnimodo cæteris, inquit Paulus, qui re & verbis coniunctus est.*

1. Mixtim enim conjunctorum conditio censetur optima, ut merito reliquis præferantur, l. 89. de leg. 3. In qua l. vers. quod si, interpretantur quia si, quia constat re conjunctim non esse portioem. 3. Quandoquidem duplex vinculum præferatur uni tantum, arg. Auth. Itaque; C. comm. de success. 4. dempta enim conjunctione verbi, portio deficientis omnibus accresceret pro portione, verbi verò accedente conjunctione, jus oritur prælationis. Et quia hi ipsi propter unitatem sermonis, quasi in unum corpus redacti sunt, §. his ita, partem conjunctorum, quasi suam præoccupant, §. hoc ita tam variè, C. de Cad. toll. l. 63. de hered. Instit. l. i. §. idem ait de usufr. accresc.

57. *Deficiente re coniuncti portione, illa cæteris omnibus accrescit; ita tamen ut coniuncti unius personæ potestate fungantur.*

1. Per l. unic. hic ita vers. Sin autem ex his, l. re conj. vers. quod si re tamen l. heredes sine, l. liber homo, §. cum quis de hered. Instit. 2. Sunt enim hi à cæteris, cæteri ab his oratione disjuncti, & uno modo pariter cum cæteris re conjuncti. 3. Ut nihil causæ sit, cur hic unus ex cæteris præferatur aliis. Ideoque portionem ipsius omnibus pariter accrescere. Sed in partium distributione, qui sunt conjuncti, in disjuncti partis deficientis divisione, unius tantum personæ potestate fungentur. l. planè in pr. d. leg. 1. l. Attius 11. l. interdum in pr. de hered. Instit. l. 70. usufr. accresc. Quia per conjunctionem in unum corpus redacti sunt, §. hæc ita, C. de Cad. toll.

58. *Quod si verò re tantum & verbis tantum coniuncti concurrunt, verbis coniuncti præferendi erunt.*

1. Per l. re conjuncti, in qua triplex quæstio deciditur, quod re & verbis conjuncti omnibus præferantur, quod re conjuncti nullis præferantur, & quod verbis conjuncti excludant re conjunctos, quæ posterior colligitur ex verbis, & magis est, scilicet non tantum re & verbis conjunctum, sed & verbis tantum conjunctum cæteris præferri. 2. Hoc idè quia non verisimile videtur, illum prolixius repetiisse, re & verbis conjunctos cæteris

ceteris præferri, 2. Hoc ideo quia non verisimile videtur, illam prolixius repetisse, re & verbis coniunctos ceteris præferri, cum semel id dictum esset legis initio. 3. Quod seqq. verba innuunt, ibi, ut ipse, sc. verbis coniunctis præferatur. 4. Huic alludisse videtur Justinianus in l. unic. quod quoniam propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redigantur. 5. Et non tantum in eadem re, cum disiunctis, eodem jure utantur, sed hoc etiam amplius habeant, quod eadem oratione, & iisdem verbis vocantur cum viceversa disiuncti, testatoris sermone separatim & discretim vocentur. 6. Item magis gravantur, quam re coniuncti, d. l. unic. Sed tamen hoc ita intelligendum, nisi probetur testatorem aliud sensisse, quam ut istos in eandem portionem seorsim à ceteris coniungeret, arg. l. ex facto de hered. Inst. ut in spec. l. 66. de de hered. Instit. Exemplo hæc prælationis materia fiet clarior; Primus & secundus heres sunt: Tertius heres esto, Quartus heres esto, Quintus & Sextus heredes sunt æquis partibus: Hic Tertii deficientis pars reliquis accrescet omnibus, ut & Quarti primi deficientis pars ad totum secundum re & verbis coniunctum: Quinti vero ad solum Sextum verbis coniunctum pertinebit.

59. *Occurrit hic nodus ex l. Mævio 41. de leg. 2. dissolvendus, ubi verbis coniunctus non videtur re coniuncto prælatum. non placet quod quidam in ista facti specie asserunt, eos, qui ab initio, omnino & re & verbis disiuncti fuerunt, ad jus accrescendi admitti, ob cursum tertii, qui re coniunctus est & heredi obstat, ob quem ex post facto reperitur re coniunctus.*

1. Quæstio hic est, non an jus accrescendi locum habeat, sed de prælatione coniunctorum; an sc. utriq; accrescat portio, vel an Mævius excludat Titium tanquam verbis coniunctus secundum l. 59. de leg. 3. Huc tendit ICI responsio; utriq; accrescit: Huc tendit ratio: Quia cum separatim, &c. Itē quibus fundus separatim. 2. Hoc quidem ex illa analysi elici posset, Quod portio deficientis heredi non relinquenda propter Titium cui totus fundus relictus: At nondum inde constat, quare & Mævius (qui neutiquam coniunctus proponitur) admittatur: Dicunt quia jam propter concursum reperitur re coniunctus, cum Titio qui re coniunctus erat, Quærimus ergo, cum quo erat re coniunctus? An cum Seio, An cum Mævio, an cum utroque? Si cum Seio, utiq; & cum Mævio, & sic cum utroque; Si cum utroque est coniunctus Titius re, vel si Titius cum Seio est coniunctus re, utiq; & Seius cum Mævio, de quo infra plenius. Et deinde ex qua lege probari potest concursum inducere jus accresc. ubi nulla coniunctio est, Neque jus accrescendi, neq; coniunctio inducitur concursu ex accidenti, sed coniunctio inducit ius accrescendi, & coniunctio inducitur nō cōcursu, sed verbis & voluntate testatoris, qui vel re vel verbis, vel mixtim coniungit, l. triplici 142. de V. S. Nec cōcurrere possent Mæv. & Titius ad idem, nisi essent ad idem vocati: concursus enim est consequens conjunctionis, & ubi nulla conjunctio, ibi nullus concursus.

2

Dicimus

60. *Dicimus ergo in d. l. 41. conjunctionem esse, eamq; non verbalem, sed realem, indeq; rectè utriq; accrescere.*

Conjunctio ut adsit hic necessum est, tum quod detur ibi concursus & jus accrescendi. Ubi a. concursus, ubi jus accrescendi, ibi & conjunctio, tãquam horũ causa ut sint necessum est, ut modo dictũ: Tum quod expressè dicat I Crus: Quibus (puta Mævio & Sejo) fundus (non pars separata) legatus est, Fundus iis legatus dici nõ posset, nisi præcessisset quædã coiunctio, ob quã uterq; ad fundũ vocatus esset. Quia a. addit J C. fundũ separatim legatũ; ideo dicimus conjunctionẽ verbalem esse. Sic n. Paulus: Re coniunctos esse dicit, quibus separatim eadẽ res relinquitur, sive itaq; separatis orationibus res eadẽ detur, sive eadẽ oratione separatim parũ interest, eadẽ res seu fundus, ut inquit J C. utriq; legatus est. Nam partis appellatione hic fundus ipse pro indiviso significatur. l. 25. de V. S. & partes legatæ sunt Mævio & Sejo, non quæ re ipsa, sed intellectu discernuntur l. 29. de sol. l. 76. §. Titius de leg. 2. l. Mævius §. duobus de leg. 2. Nam si pro diviso integri partes amplius non forent, sed per se totum esse inciperent l. 26. de V. S. l. 2. C. commun. dividund. Hæc itaq; decisio: utriq; de fertur legatũ, Decisionis ratio. Quia separatim (nec Mævius, qui verbis conjunctis, alterũ excludit) h. e. quia nullus adest verbis conjunctus, qui Titium re conjunctum, excluderet. Utriq; ergo accrescet, quia omnes fuerunt re conjuncti: Hoc n. dicimus separatim legare l. 1. §. 3. de usufr. accresc. At inquires si partes pro indiviso relictæ sunt in toto. Verbalis est conjunctio. E. & hic? Item in reali conjunctione necessum ut verbis non sensu ad eandẽ rem vocati sint. R. Et in mixtim conjunctis partes pro indiviso in toto relictas diximus supra: Differentia est aliundè sumenda. Et verbalis conjunctio admixta (quæ sit in re & verbis, item verbis tantũ) hic quandã differentiam inducit: Tunc n. si verbo non vocantur ad rem eandem, sed saltem sensu expressione partium, conjunctio verbalis tantum est: Sin vero re & verbis vocantur. ad eandem rem, tunc mixtim conjuncti dicuntur, quia & ex oratione partes intelliguntur: Sin verò separatim, tunc non tantum verbis, sed & sensu ad eandẽ rem vocari possunt, partib. sc. pro indiviso relictis, ut hic, & conjunctio realis est, sicut & tunc cum uni fundus alteri usufructus legatus est. adde. l. 142. de V. S. l. 15. de hered. Inst.

61. *Quoniam verò hominum causa Iura constituta sunt, videndum quibus & inter quos hac jus detur. Expeditum verò est compedere legatariis & fideicommissariis singularibus.*

per l. unic. §. ubi a. cum seqq. §. si eadem Inst. de leg. l. re conjunct. de leg. 3. l. Mævio de leg. 2. l. si duob. §. fin. l. planè de leg. 1. l. hæc scriptura §. 1. de cond. & demonstr. l. separatim, eodem. l. 1. de usufr. accresc.

62. *Excepto legato ob causam alimentorum relicto.*

1. Per l. dominus §. 1. de usufr. l. pen. §. 1. ad l. Falcidiam. 2. Quoniam hoc legatum in sitam taxationem habet. 3. Et testator præsumitur noluisse (sicuti non potest quis bis vel ter vivere, ita) non ultra modum alimentorũ legatari.



legatum, singulos plus habere. 4 Undè vulgatum: legatum alimentorum non iterari vel multiplicari l. alimenta 16. §. Basilicæ de adimend. leg.

*63. Idem in heredibus universalib. ab intestato.*

Per l. 1. §. 9. ff. ad S. C. Tertyll. l. 9. de suis & legit. l. 52. §. fin. de acqui hered. l. si duob. eod. 2. Quia heres ab intestato subrogatur loco defuncti, idè ipsi accrescit portio. Imò legis coniunctio æquiparatur ultimis voluntatibus. Novell. 22. c. 2.

*64. Et in heredibus ex testamento.*

Per l. unic. C. de Cad. toll. l. heredes sine partib. l. Item quod Sabinus de hered. Inst. l. servus communis l. si duo de acq. hered. l. hæc scriptura §. fin. de condit. & demonstr.

*65. An verò inter institutum ex re certa & heredem universalem?*

Si unus in re certâ institutus est, nullo dato coherede: Ad eum pertinet tota hereditas, non jure accrescendi propriè (nulla enim ibi coniunctio) sed jure institutionis: censetur enim institutus in tota hereditate, detracta fundi mentione. Sin verò unus institutus in tota hereditate, alter in re certa: Tunc aut posterior adit hereditatem & primus habetur loco legatarii; Aut omittit hereditatem, & tunc ea ad primum pertinet jure institutionis ut supr. vel etiam si placet jure accrescendi. Lex enim hoc casu (ubi se aliàs deficeret voluntas testatoris, perindè habet hanc Institutionem, ac si & is in tota hereditate institutus fuisset, detracta sc. fundi mentione; Indeque ratione eventus dici potest, eum & cum altero in hereditate coniunctum & sic accrescendi jure gaudere.

*66. Num etiam in bonorum possessionibus? A.*

Per l. 3. §. ult. & ll. seqq. de bonor. poss. l. unic. C. quando non petent. pars.

*67. Idem in Quærela inofficiosi testamenti? affirmatur.*

Per l. 23. §. ult. de inoff. test. l. 14. l. 17. eod. Quamdiu tamen petitur, acquisita ei nondùm est l. 1. §. interdum de usufr. accresc. cum ei tantùm delata sit l. delata de V. S.

*68. Sed in donatione mortis causa hoc obtinet.*

1. per l. unic. § 14. de Cad. toll. 2. Quoniam ultimis voluntatibus quoad effectum æquiparantur §. mortis causa Inst. de don. l. ultim. C. de don. mort. causa. 3. Quemadmodum in legatis, sic etiam hic recta via transit: dominium & confirmatur morte 4 per l. omnib. l. Marcell §. 1. l. illud generaliter ff. de donat. mortis causa.

*69. Non tamen in donatione inter vivos.*

1. si duobus fundus donatus, altero non occupante, eius pars, cuius dominium à me nondum separatim, non potest incipere vacare, nec coniuncto accrescere. 2. Ex eo quod Justinianus in l. unic. §. 14. C. de Cad. toll. jus accrescendi in donatione, quæ sit mortis causa locum habere constituit.

sicut, satis apparet, diversum jus esse in donatione inter vivos.

*70. Ut nec in verborum obligationib. aliisq. contractibus.*

1. Per l. 110. de V. O. §. si quis ver. quod si Inst. de in utilib. stipul. 2. In contractib. pars incapaci promissa, nunquam vacat, sed semper à promissore plene jure possessa reperitur; non enim eorum dominia sine traditione, ut in legatis & ultimis voluntatibus, quorum dominium statim nudo titulo transfertur l. à Titio ff. de furtis l. cum pater §. surdo de leg. 2. l. 50. §. 1. de leg. 1. l. 2. de leg. 2. transferantur l. traditionibus. C. de patris. 3. Et hoc suadent rationes antea adductæ, quibus jus accresc. in nititur. 4. maximè cum tam multi variique loci dispersi occurrant de jur. accresc. nulla tamen l. extet, quæ ad contractus propriè pertineat §. ut sic nō liceat à contractibus ad ultimas voluntates, argumentari. Everh. in to. à contr. ad ult. vol. Quid an in feudo novo? dubium hic movent; de quo in

*συζητήσεται.*

*71. Finis hujus Juris est; ut morientium voluntas integra, LL. v. auctoritas illibata conservetur.*

Per l. 7. de R. J. l. 1. l. si ex asse de acqu. hered. l. 1. C. de SS. Eccles.

*72. Effectus consistit in portionis & domini adjectione, an v. pro parte virili, an pro hereditaria?*

Pro hereditaria l. unic. §. his ita l. 59. §. cum quis de hered. Inst. idque ex coniecturata voluntate testatoris desumitur, ut qui maiori summa est vocatus ad hereditatem, præsumatur magis dilectus à testatore, & consequenter etiam cum portione deficiente prædilectus censetur. At num idem de legatis dicendum, ut sc. & ea pro parte legati accrescant? Ita vulgò receptum est, nec differentia ratio reddi potest. Adest text. apert. l. Mævio 41. de leg. 2. contr. videtur esse §. his ita d. l. unic. de quo in disput.

*73. Hinc eadem actione, qua agnita portio petita est, aut peti potuit, suam portionem consequetur.*

Augmentum n. debet esse eiusdem naturæ, cuius suum principale l. 24. §. 2. l. 8. ff. de leg. 1. l. 33. §. fin. de usufr. l. pen. ut leg. nomine caveatur.

*74. Contraria sunt aditio hereditatis & legati agnitio.*

Portio enim vacans esse debet, ut supra diximus.

*75. Et substitutio; quæ potentior ipso jure accresc.*

1. Per l. 2 §. si duob. de bon. poss. secundum tab. l. unic. §. 3. §. 4. C. d. r. Nov. 1. §. si vero. Auth. hoc ampl. C. de fideic. Jus enim substitutionis, quod nititur dispositione hominis expressa, tanquam fortius absorbet jus accresc. quod est ex dispositione l. si Titio l. Julian.

de leg. 2. debilius l. sicut dies §. fin. de recept. arb.

DISPU-

Wolffgang von ...  
Albrecht ...  
1178 ...

01 A 6518

ULB Halle 3  
002 937 514  



VD 17

Wolff ✓

...







XVII.

D. O. M. A.  
*Collegii Testamentarii Publici*  
DISPUTATIO VII.

*De*  
**JURE ACCRESCENDI.**

*Quam in Illustri Salana approbante*  
*amplissimâ facultate Juridicâ*

PRÆSIDE  
Viro Clarissimo & Consultissimo  
Dn. ANDREA GERHARDI  
J. U. D.

*In auditorio ICtorum discutiendam proponit*  
BERNHARDUS OSWALDUS  
Küchorn Spirens.  
*Ad diem 24. Septembris.*

J E N Æ,  
TYPIS LIPPOLDIANIS.

Anno clō. Is. CVIII.